



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

XXIV. Item Capitula data apud Carisiacum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

hoc agat penitentiam : quoniam raptore, ut ait
Apostolus, nisi veram egerint penitentiam, reg-
num Dei non possidebunt. Qui vero de rebus
Ecclesiasticis aliquid abstulerit, gravissime iudicetur : quia sacrorum rerum ablatio sacrilegium

est, & sacrilegus vocatur qui ex eis aliquid ab-
stulerit aut rapuerit. Extorsus namque a liminibus
sanctae matris Ecclesiae tales personae usque ad satis-
factionem Ecclesiae, quam laeserunt, sunt ha-
bendae atque firmiter denotandae.

TITVLVS XXIV.

ITEM CAPITVLA DATA IN SYNODO APVD
Carisiacum anno DCCLVII. mense Februario.

Propter cognitas vobis necessitates & nimias perturbationes quae
in regno isto evenerunt, sicut scitis, senior noster Karolus pluri-
mos fideles regni sui, tam Episcopos, quam Abbates, & Comites, at-
que reliquos regni sui fideles mediante Februario mense apud Carisia-
cum congregans, haec capitula ab ipsis confirmata nobis transmisit,
ut ea vobis denuntiaremus, ut & vos cum omni timore Dei & legali
imperio observare cum iustitia studeatis, omnésque Christiani qui in
nostro consistunt missatio.

C A P . I.

Primo capitulo continetur ut vos mo-
neamus de honore sancte Dei Eccle-
sie, qui per omnia ab omnibus fidelibus
Christianis observandus est, ut corum im-
munitates in nullo infringantur, res sacrae
& fructus ejus in nullo rapiantur : quoniam
qui aliena rapiunt, a regno Dei excludun-
tur, dicente Apostolo : *Rapaces regnum Dei
non possidebunt.* Nona & decima fideliter
perioluntur. Sacerdotes Dei & ministri
ejus non dehonorentur, non flagellentur,
neque de Ecclesia sine consensu Episcopi
sui eiciantur aut in ea recipiantur. Eccle-
sie destruetae restaurantur. Quod si quis
transgressus fuerit, anathematis vindicta
feriatur, & Comitis districione constringa-
tur, & banni regalis exactione dam-
netur.

I.

Sanctimoniales, viduae, orphani, &
pauperes nullo modo opprimantur ; & res
illorum, tam in frugibus, quam in pratis,
necnon etiam in eorum foro a nullo per
rapinam deprendentur, & ubique op-
pressi sunt, ab Episcopis, Comitibus, &
Missis regalibus subleventur, & oppresso-
res illorum, sicut supra scriptum est, in
omnibus constringantur.

III.

De his vero qui intra patriam residen-

tes rapinas exercent, domos infringunt,
homines sine causa occidunt, trustes com-
movent, aut alios damnant & opprimunt,
prata defensoria depascunt, fruges alio-
rum devastant, ex his mandat senior no-
ster ut primum episcopali auctoritate judi-
centur, & sic postea a Comitibus legaliter
constringantur, & infuper bannum
nostrum, id est, sexaginta solidos, com-
ponant. Et si eos constringere non potue-
rint, ad regalem praesentiam deducantur,
ut dignam fulciant vindictam.

IV.

Mancipia aliena que intra immunitates
fugunt aut intra fisum nostrum aut alio-
rum potestatem, & a dominis suis infe-
quuntur, sine ullo munere aut aliqua con-
tradictione reddantur, aut foras eiciantur,
nisi legibus sua esse probaverint. Et si
quis contendet, & reddere noluerit, &
postea fugerint, legaliter eas perfolvat.

V.

Vt nemo virgines aut viduas rapere pre-
sumat, & ad eas nullo modo accedat, nisi
legaliter eas nuptialiter desponsatas con-
junxerit. Nullus Deo sacramentum rapiat aut
viulet vel in coniugio sibi societ. Si quis
hoc transgressus fuerit, ecclesiastico an-
athemate feriatur, & publico iudicio dam-
netur.

VI.

Vt regales iustitiae cum omni diligentia
perficiantur.

VII.

VII.

Vt nullus de domo sua ad aliam transiens , aut in itinere pergens , rapinam facere presumat.

VIII.

Vt unusquisque Presbyter in breviet in

sua parochia omnes malefactores , videlicet raptore , rapaces , adulteros , incestos , homicidas , latrones ; & eos extra Ecclesiam faciat , nisi penitentiam agere voluerint . Si se emendare noluerint , ad Episcopi presentiam perducantur .

TITVLVS XXV.

Apud S. Quintinum.

ADNVNTIATIO KAROLI ET NEPOTIS SVI
Hlotharij apud S. Quintinum Kal. Mart. anno DCCCLVII.
 incarnationis dominice.

ADNVNTIATIO KAROLI.

CAP. I.

OLVMVS vos scire quod fuit insimul noster conventus . Postquam Deus nostrum seniorem vocavit de isto seculo , semper inveni tale consilium in meo dilectio fratre Hludouico sicut mihi necesse fuit & ego in illo quæsivi & illum ostendere decui , & illius adhortatione & interventione devenit , Deo gratias , talis unanimitas inter me & bonæ memoria fratrem meum Hlotharium sicut inter fratres esse debebat . Et propter tales causas , quæ sicut inter nos conjacuerant , invenerimus cum communib[us] fidelibus nostris quia necesse erat ut inter nos firmatas facta fuisset secundum Dei voluntatem , de nostro communi profectu & adjutorio , & de filiorum ac regn[is] & fidelium nostrorum salvamento , sicut tunc adcognitavimus nostris communib[us] fidelibus qui adfuerunt . Et ille in sua vita contra nos conservavit , & Deo gratias nos contra illum conservavimus , & contra illius filios nepotes nostros , adjuvante Deo , quantum scimus & possumus , & illi ad nos quæsierint , conservare volumus .

II.

Post obitum vero illius , ex parte pro mea , sicut auditis , infirmitate , ex parte pro paganorum superstitione , & pro aliis occasionibus quæ in regno nostro acciderunt , usque modò non fuit opportunitas locus ut ego & iste meus carissimus nepos insimul parabolare potuissimus , & invicem nobis præsentes nostras voluntates

Tom. II.

demonstraremus , quas in corde unusquisque contra alterum retinebamus .

III.

Evenit autem locus congruus , quia iste meus carissimus nepos cum dilectissimo fratre meo Hludouico parabolavit , & tale receptum & consilium in eo invenit sicut & isti necesse fuit & illum demonstrare decuit . quod mihi satis complacuit . Et nunc , quando tecum parabolavit , dixit mihi quod in illa firmitate quam ego cum patre suo bonæ memorie fratre meo feci , & illum suscepisti , in ipsa susceptione vellet perseverare , & illam firmitatem quam tuus pater meus frater contra me fecerat , vellet , adjuvante Domino , per omnia observare .

IV.

Et invenimus cum communib[us] fidelibus nostris ut pro talibus necessitatibus , sicut scitis & videtis in illo regno evenire , nos invicem confirmaremus , sicut & fecimus , ut ad honorem sanctæ Dei Ecclesiæ & communem profectum ac fidelium nostrorum salvamentum , & regnum nostrum contra quoscunque nobis necesse fuerit continentem , invicem nos salvemus & adjuvemus , sicut avunculus nepotem & nepos avunculum per rectum salvare & adjuvare debet .

V.

Et nostri fideles , qui præsentes fuerunt , & hoc consilium nobis dederunt , dixerunt nobis quod parati sunt nos , auxiliante Domino , in omnibus adjuvare ut istam firmitatem possimus adinvicem observare . Et propterea volumus à vobis vestrum confitendum & voluntatem audire , si & hoc

G